



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. I. Quid opinio, quid probabilis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

DISPUTATIO IV.

De essentiâ, & speciebus opinionis probabilis.

SECTIO I.

Quid sit opinio probabilis?

§. I.

Quid opinio, quid probabilitas?

SUMMARIUM.

Opinio ex S. Thom. & D. Bern. quid? n. 6.

An de essentiâ opinionis sit dubitatio, & formido, & quæ? Ib.

Opinio est actus invidens, Ib.

Qui differat a Fide, scientiâ, dubitatione, & suspitione? ibid.

Probabilitas Theologica quid? n. 7.

Dividitur in subjectivam, & objectivam; & quid utraq? ibid.

Probabilitas non est intrinseca suo objecto, ibid.

Negat Celladei, quod opinio sit iudicium absolutum de re, n. 8.

Cuique opinioni inest formido; & quid importet, quod objectum opinionis possit aliter se habere, n. 10.

Reprobat Celladei exponens opinionem per vi-deri, n. 11.

Quid motuum quo, quid quod? n. 12.

Nec certitudo, nec evidentia, nec probabilitas, sunt in objecto, sed idem motuum, ut a diverso lumine representatur, modo est probabile, modo certum, ibid.

Impugno P. Thyrsi dicentem, quod iudicium opinativum, est moveatur a verosimilitudine, non ferri in hanc, sed in veritatem, n. 13.

An actus intentionales materiales, aut spirituales supra se reflectant? n. 14.

DD. pro utraque parte, ibid.

Per iudicium opinativum affirmatur absolutè, est cum formidine, veritas, ut est in se, & exercitè saltem probabilitas, n. 17.

Repugnant simul duo iudicia opinativa contradi-ctoria, n. 18.

Hi duo actus, probabile est licere, probabile non licere, non opponuntur, quia uterque affirmat probabilitatem, n. 19.

N. 6.



T facile exponam, quid sit opinio probabilis, exponendum, quid sit opinio, & quid probabilitas, à quâ tamquam à formâ opinio denominatur probabilis.

S. Bern.

lib. 5. de Considerat. cap. 2. ait: Opinio est quasi pro vero habere aliquid, quod falsum esse nescias; & S. Thom. part. 1. quest.

S. Th.

Tom. I.

79. art. 9. ad 4. Opinio significat actum intel-

lectus, qui fertur in unam partem contradi-

ctionis cum formidine alterius; & 2. 2. quest.

1. art. 4. Est declinatio in unam partem præ-

aliâ cum dubitatione, & formidine alterius.

Huic definitioni contentiunt ferè omnes, in-

ter quos Joan. à S. Thom. quest. 26. art. 4. Joan.

M. Mart. de Prado tom. 1. quatit. Mor. cap. 1. à S. Th.

de Conscientiâ, P. Suar. d. 12. de Conscientiâ M.

sect. 6. C. Aguirre tom. 1. in S. Anf. d. 7. n. 6. P. Suar.

& 7. qui, & alij unanimiter sentiunt de essen- C. Agui-

tia opinionis esse dubitationem, seu formidi-

nem de veritate; satis autem esse formidinem

radicalem, non autem necessariam formalem,

dixi in Philosophiâ, & Theologiâ, & hoc

ipsum innuit ex Car. de Lugo d. 14. de Just. C. de

sect. 14. ipse M. Mercor. 1. part. Bais Theol. Lugo,

Mor. art. 9. pag. mihi 21. editionis Mantuanæ M. Merc.

anni 1658. nec hoc in præsentî discutien-

dum, cum quidquid dicatur, perinde sit ad

præsentem de opinione probabilî tractatum.

Cum ergo opinio sit actus intellectualis for-

midolotus, eo ipso est iudicium invidens de

una parte cum formidine de falsitate illius,

& de veritate contradictoriæ oppositæ. Dif-

fert opinio à scientiâ, quod opinio non inclu-

dit, scientiâ includit evidentiam; differt à

fide tum Divinâ, quia fides Divina includit

certitudinem à lumine supernaturali deriva-

tam; opinio autem est actus incertus: tum

humana, quod motuum fidei humanæ est

authoritas hominis loquentis; motuum au-

tem opinionis est ipsa verosimilitudo, seu

fundamentum alliciens ad actum opinati-

vum: differt à dubitatione, quod dubitatio

est suspensio iudicii (suppositâ apprehensio-

ne objecti, & motivorum) circa objectum de

quo dubito; opinio autem est iudicium de

alterutra parte contradictionis ejusdem ob-

jecti: differt à suspitione, quod suspicio est

iudicium de unâ parte, sed ex levissimo sig-

no, & indicio, adeoque suspicio est opinio

imperfecta; opinio autem est iudicium ob-

minis leve, aut ob grave fundamentum ra-

tionis, vel autoritatis.

Probabilitas, loquor de Theologicâ, cui N. 7.

fecurè fidere possumus, & opera nostra re-

gulare, ut loquitur P. de la Fuente des. 4. n. P. de la

18. est prudens rei verosimilitudo, seu pru-

Fuentis

dens rei credibilitas. Dividitur in formalem,

in subjectivam, in objectivam, juxta com-

munem similitudinem denominationum intentio-

narium

I ij

narium

nalium divisionem. Formalis probabilitas est ipsemet actus opinativus denominatus probabilis à motivo solido, & gravi, cui nititur. Subjectiva est ipse intellectus, cui tamquam subjecto inhaeret ipse actus opinativus probabilis. Objectiva est ipsum objectum, quod à gravi fundamēto rationis, vel autoritatis denominatur probabile; ita tamen, ut ipsum objectum materiale, quod denominatur probabile, sit probabilitas objectiva *quæ*, ipsum autem fundamentum, seu motivum formale rationis, vel autoritatis, à quo movetur actus opinativus, sit probabilitas objectiva *quod*. Explico. Supponamus picturam die festo licere; ecce idem motivum, à quo hic actus opinativus, licet *pictura die festo*, dicitur probabilis, idem omnino denominatur picturam, quæ est objectum materiale, probabiliter licitam. Hinc manifestè patet, quod licet probabilitas sit intrinseca motivo, à quo tum objectum opinatum, tum actus opinativus dicuntur probabiles; non est tamen intrinseca ipsi objecto opinato: patet hoc, tum in objecto extrinseco, seu ex autoritate probabili, talis enim autoritas non est intrinseca objecto opinato; tum in intrinseco probabili, ratio enim, ob quam assentior objecto opinato, sæpe non est intrinseca illi: ergo probabilitas, sive intrinseca, sive extrinseca, non est necessariò intrinseca actui probabili, & objecto probabili specificativè sumpto, licet sit intrinseca objecto, seu sententiæ probabili quidditativè sumptæ, idest, sumptæ, ut probabili.

- N. 8. Scio P. Elizal. post *librum quartum* in suâ Appendice de Naturâ opinionis per *questionem* 6. 7. 8. plurima apud omnes certa de essentia opinionis, in dubium vocasse. Primò enim negat, opinionem esse iudicium absolutum de re nixum motivo fallibili, nam ait, quod paralogizantes non sciunt, sed opinantur, & tamen feruntur in suam opinionem sine omni formidine, ac si esset vera: ergo non omnis opinio nititur motivo fallibili. Sed contra: quia ipse paralogizans, dum opinatur, nititur motivo fallibili, nam motivum paralogismi est fallibile; quod adeo certum est, ut paralogizans exercitè saltem sui motivi fallibilitatem experiat; non enim motivum inevidens refundit claritatem, quam non habet, in ipsum actum: ergo actus ille ex se non est evidens, nec infallibiliter tendit in objectum. Neque verò, etsi paralogizans putet se demonstrare, ideo demonstrat, nec suo objecto infallibiliter adheret, etsi per errorem reflexum hoc putet: ergo certum est omni opinioni formali inhaerere essentialiter formidinem de veritate partis

oppositæ, nam obscurè tendit in motivum, & absolute tendit in illud, licet sine certitudine, omnis enim actus naturalis inevidens est incertus. Quando autem dicitur, quod N. objectum opinionis possit aliter se habere, 10. non est sermo de objecto materiali, nam circa objectum materiale necessarium, quod scio non possit aliter se habere, tendere possum per actum opinativum; sed sermo est de motivo formali, cui nititur actus opinionis; id est, quantum est ex vi motivi formalis, propter quod in objectum materiale tendendo, objectum materiale potest aliter se habere; quare P. Elizal. §. 6. confundere videtur, & transferre id, quod soli objecto formali convenit, ad ipsum objectum materiale, cui scio sæpe convenire non posse, nam de objecto formali opinionis semper est verum, quod aliter possit se habere, cum sit motivum fallibile, adeoque, licet putem ita esse, scio tamen posse aliter esse: similiter aquivocatur idem P. Elizal. dum ait *duo videri* opinanti, nempe rem ita esse, & posse aliter se habere; primum est verum de ipsa veritate objecti materialis; secundum est falsum, si de objecto materiali loquatur, quia sæpe scio non posse aliter se habere: ergo falsum est *videri* posse aliter se habere. Tertiò videtur N. etiam falsi, dum opinionem exponit per *videri*, nam opinans absolute dicit, est, vel non est, licet dicat cum formidine, ob imperfectionem inistam ipsi actui. Omitto contradictoria cuique obvia; qui enim plura contra P. Eliz. desiderat, legat P. Terillum de Reg. P. Terill. Moru *quest. 34. per totam*, ubi discutit extraordinariam huius Authoris doctrinam, de Naturâ opinionis. Sanè, qui distingueret, ut debet, motivum à representatione motivi, facile rem intelligeret; aliud enim est motivum, aliud representatio motivi. Objectum quod representatur, & allicit ad assensum, dicitur motivum; representatio autem non est motivum, sed id quo representatur motivum, & ideo in Scholis distinguimus motivum *quod* à motivo *quo*, quæ est representatio, ut etiam patet in voluntate; id quod eam movet est bonum; propositio autem ejus boni est id *quo*: ita accidit in presenti, quod movet intellectum ad iudicium probabile, est verum propositum à cognitione probabili; ipsa autem cognitio probabilis non est id *quod*, nec motivum, sed id *quo*. Hinc est, quod pro diversitate luminis idem objectum modò est probabile, modò certum, modò evidens, & ab hoc diverso lumine, seu actu intellectus tamquam à formâ objectum materiale dicitur probabile, certum, aut evidens; neque enim certitudo, evidentiâ, & proba-

probabilitas se tenent ex parte objecti denominati, sed ex parte intellectus, à cuius actu evidenti, certo, aut probabili objectum illud recipit denominationem. Hoc si advertisset P. Eliz. non dixisset, quod objectum contingens non possit esse evidens, & necessarium non possit esse probabile; contra quod infra.

N. Scio etiam, quod P. Thyrsus *dis. 1. n. 4.* dicit iudicium opinativum moveri quidem à verosimilitudine objecti; non tamen ferri in illam, sed in veritatem, nam verosimilitudo, ait, reperitur in utraque parte contradictionis, & manifestè cognoscitur in utraque; at veritatem non posse esse nisi in altera tantum, evidenter cognoscitur; unde, dum probabiliter assentitur uni potius, quam alteri, iudicat iudicio absoluto, unam ex illis esse veram, aliam falsam; & *n. 5.* laudat C. de Lugo *d. 10. de Fide n. 14.* dicentem, aliud esse credere aliquam conclusionem esse probabilem, aliud probabiliter eam credere; nam qui tenent aliquam propositionem probabilem, concedunt simul contrariam esse probabilem, non tamen credunt veram, ne quidem assensu probabili, alias haberent duos assensus probabiles de objectis contradictorijs. Hæc P. Thyrsus.

N. Sed contra: quia fateor certum esse, aliud esse probabilitatem, aliud veritatem, & hanc non nisi uni parti convenire, illam autè utrique convenire posse. Fateor etiam, aliud esse credere aliquam conclusionem esse probabilem, aliud probabiliter eam credere; nam ille est actus reflexus supra probabilitatem, signatè eam affirmans; hic est actus directus, affirmans talem rem esse probabiliter veram ob probabilitatem rationis. At nego, & infra negabo, quod si una pars est probabilis, ejus contradictoria sit etiam necessariò probabilis. Rursus nego iudicium opinativum non ferri in verosimilitudinem objecti, immò implicat, ut ab illà moveatur ad assentiendum veritati, quin feratur in verosimilitudinem tamquam in motivum propter quod. Si enim, ut docui in Animastica, omnis actus intentionalis, sive spiritualis, sive materialis, supra se virtualiter reflectit, ut tradit Arist. 3. de Anima *textu 38.* & S. Thom. in *hunc Philosophi locum*, & *quæst. 1. de Veritate art. 4.* dicens, quod sensus cognoscant se sentire, & idem indicat Caiet. 4. de Anima *cap. 13.* dicens, quod sensus sentit sensationem suam, quò ad an est, esto non ut rem cognitam, & reflectendo supra se signatè, seu per aliud actum sensationis realiter distinctum; & hoc ipsum tradit P. Suar. *lib. 3. de Anima cap. 11.* Thom. *n. 5.* M. Joan. à S. Thom. *quæst. 4. art. 4. §. secundum Tom. I.*

cumda verò pars, ad finem, P. Quiros de Anima *d. 85.* & latissimè P. Ant. Perez *tr. 4. de Virtut. Theolog. d. 7. cap. 3.* (negantibus sensus cognoscere proprios actus, P. Ovied. *cotr. P. Ovi. 4. de Anim. n. ultimo*, P. Arriag. *ibi d. 7. à n. 85.* P. Arr. P. Rhodes *ibi pag. 458. & 490.* & alijs passim, P. Rhodes qui hoc potius supponunt, quam probent) si, inquam, omnis actus intentionalis, tam materialis, quam spiritualis, supra se virtualiter reflectit, quantò magis supra motivum propter quod, cum verum sit axioma, Propter quod unumquodque est tale, & illud magis: ergo si iudicium opinativum propter verosimilitudinem objecti fertur in veritatem objecti materialis, & eam affirmat, multò magis fertur, & affirmat dictam verosimilitudinem, à quà movetur: ergo falsum est, quòd iudicium opinativum moveatur a verosimilitudine objecti, non tamen feratur in illam.

Demum, scio eundem P. Thyrsus *l. c. à n. 4. ad 11.* probare assensum opinativum esse iudicium absolutum de veritate rei in se, etsi cum aliquà formidine, quia nititur motivo fallibili, seu quòd non constet evidenter connecti cum re affirmatà; non autem esse iudicium de verosimilitudine; & impugnât Joan. à S. Thom. *1. 2. pag. 525. n. 45. & 46.* dicentem, assensum probabilem judicare, hoc esse verum, non absolute, & quò ad esse, vel non esse in se, sed quò ad apparentiam, & probationem, id est, in ratione probabilis, adeoque stante iudicio de una parte, quòd vera sit, non absolute, sed probabiliter, stat iudicium de oppositâ, quòd vera sit non absolute, sed probabiliter; & ideo per Joan. à S. Thom. ait P. Thyrsus, simul esse possunt hi duo assensus, *contractus A, est probabiliter licitus: contractus A, probabiliter est illicitus.*

Ut dicam, quod sentio, puto primò, iudicium opinativum affirmare absolute, etsi cum formidine, veritatem rei, ut est in se à parte rei, ita tamen, ut dixi paulò antè, affirmet exercitè saltem probabilitatem, nam affirmat veritatem, ut est in re, cognitam per motivum probabile: ergo exercitè saltè affirmat probabilitatem; non tamen affirmat eam signatè, quia iudicium opinativum tendit in veritatem tamquam in objectum directè affirmatum ob motivum probabile, non autem reflexè in ipsam probabilitatem tendit. Puto 2. certum esse duos assensus opinativos contradictorios non posse simul esse, ut alibi dicam, nam idem probabiliter affirmaretur, & negaretur, idemque probabiliter simul esset, & non esset, quod implicat, & hoc do P. Thyrsus contra Joan. à S. Thom. Puto 3. simul esse posse hos duos actus, *contractus A, est*

probabiliter licitus, contractus A, est probabiliter non licitus, quia non sunt contrarii, & hoc do Joanni à S. Thom. & immerito supponit P. Thyrsus esse contrarios, sunt enim ambo affirmativi, & modales, quare aliud est, contractus A est probabiliter licitus, contractus A non est probabiliter licitus; aliud est, contractus A probabiliter est licitus, contractus A probabiliter non est licitus; illi repugnant, quia opponuntur, non isti, æquivalent enim, probabile est, contractum A licere, probabile est, non licere, in quo nulla est repugnantia; esset autem, si dicerent, probabile est contractum A licere, non est probabile contractum A licere. Breviter, si negatio cadat supra probabilitatem, non possunt simul esse; si autem uterque affirmet probabilitatem, & negatio cadat supra veritatem, possunt; sed in citatis à P. Thyrsio, contractus A probabiliter est licitus, contractus A probabiliter est illicitus, negatio non cadit supra probabilitatem, immò in utroque actu affirmatur probabilitas, in uno de licentiâ, in alio de non licentiâ: ergo possunt simul stare.

§. II.

Quid opinio probabilis juxta alios, quid juxta me?

SUMMARIUM.

Communiter definitur, Iudicium nixum motivo solido, gravi, verosimili, rationali, fallibilis. DD. n. 20.
Non placet; cur? n. 21.
Actus perfectio non bene explicatur per motivum, n. 22.
Sicut forma physica diversimodè applicata diversos facit effectus formales; ita motivum diverso lumine applicatum, n. 23.
Est omne probabile sit verosimile, non econtra, n. 24.
Potest una ex contradictorijs esse probabilis, quin alia sit, n. 25.
Cur si una ex contradictorijs est incerta, dubia, contingens, ejus opposita sit etiam talis non verò si una est probabilis, & alia? n. 25. 27.
Unde in Anti-Probabilistis exclamationes, ibid.
Qui probabiliter solvit rationem unius partis, non ideo probat oppositam, n. 28.
Quid juxta me opinio probabilis, n. 29.
Explico particulas definitionis, n. 30.
Melius dicitur, quod opinio sit iudicium incertum, quam inevidens, n. 31.
Aliquando ad probabilitatem solum prudentum iudicium est satis, n. 33.
Ego expono, non suppono, quid sit motivum probabile, n. 35.

Opinio, ut sit probabilis, nil certum contra se habere debet. DD. Ibid.

Nullus, nisi doctus sit, & pius, facere potest opinionem probabilem, n. 36.

Doctores sunt testes juris, non facti, ibid.

Falsum, ex nostra definitione sequi, non licere minus probabilem, ut ait P. Thyrs. n. 37. 38.

Tam magis, quam minus probabilis, perpenso proprio motivo videtur vera, perpenso opposito falsa, n. 39.

SCito, quid sit opinio, & quid probabilis. N. 20.
tas, communis Probabilistarum opinionis. Est probabilitas definitio, est ferè in hæc verba. Est iudicium nixum motivo probabili, seu solido, & gravi, alicujus momenti, verosimili, rationali, licet fallibili. Ita P. Sanch. lib. 1. P. Sanc. Sum. cap. 9. n. 5. P. Granado 1. 2. contr. 2. tr. 12. P. Gran. P. Oviedo 1. 2. tr. 5. contr. 3. p. 1. P. Moya tom. 1. P. Ovi-
1. quest. 1. n. 4. M. Mart. de Prado tom. 1. quest. P. Moy. Mor. cap. 1. de Conf. quest. 1. §. 1. P. Card. M. Mar. tom. 1. d. 1. n. 16. & tom. 3. d. 55. n. 1. & tom. 4. P. Card. passim, P. de la Fuente diss. 2. Torrec. tr. 8. n. 18. Caram. lib. 1. Theol. Mor. Fund. fundam. Caram. 11. n. 425. ait: Opinio, cujus nec veritas, nec M. Tap. falsitas demonstratur, si sit valdè veræ simili- Torrec.
lis, nominatur probabilis, & quidem probabilitas nascitur ex gravi motivo, quo quis ad assentiendum inducitur. M. Tapia tom. 1. lib. 1. quest. 8. art. 11. n. 15. ait: Opinio probabilis est alienus, qui gravi rationi, & testimonio nititur, adherendo uni parti cum formidine alterius. S. Anton. 1. p. Sum. tit. 3. cap. 10. §. 10. S. Anto-
circa finem ait: Dicitur autem probabile, nin.
quod pluribus, & maxime sapientibus apparet verum; quod idem iisdem terminis dicit Angel.
Author Summæ Angelicæ Angelus Clav-
sius verbo opinio n. 2. & alij antiqui. In idem Candid.
recidit definitio candidi Philalethi (licet præcipuus sit inter Probabilioristas) in suo libello, cujus titulus est, de Opinionum Praxi, editione Matritensi anni 1645. & Cremonensi 1646 (quæ semper utar) quest. 6. pag. mihi 123. ait enim: Opinio probabilis est opinio apparens vera, ex non levi fundamento; & citat S. Thomam glossantem verba Arist. S. Th. Arist.
1. Ethic. cap. 5. dicentis, Oportet veritatem signaliter ostendere, id est, ait S. Doctor, verosimiliter, & probabiliter, quia probabile est, quod est simile vero. Conscientia Inlignis Probabiliorista M. Mercorus 1. p. Basis art. 9. pag. mihi 21. M. Merc.
probabile idem est, ac apparens verum, eò autem ipso quod est apparens verum, non iudicatur absolute verum sine omni formidine, sed cum formidine. Demum alij plures ita definiunt: Est, quæ pro se habet rationem solidam, & nihil certum contra se habet. N.
In allatis definitionibus aliqua sunt, quæ non